

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Rapina a  
cum fonte primo

Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, ubi putas mittendus est qui inuasit alienam? Si cum dyabolo ardere habet qui nudum non uestiuit, ubi putas arsurus est qui expoliavit?

Non nocent mala preterita si non placent.

Augustinus de uerbis Domini capitulo XX.

Hoc loco diligenter attendat caritas vestra:

si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, putas ubi mittendus est, qui inuasit alienam? si cum dyabolo ardere habet, qui nudum non uestiuit, putas ubi arsurus est, qui expoliavit?

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 154, 2 (CCSL 104, G. Morin ed., p.630).

Non enim nocent mala praeterita, si non placent: adhuc enim est paenitendi et corrigendi locus.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 154, 4 (CCSL 104, G. Morin ed., p.630).